aliqui friuole mentiuntur. et uiuunt in die illa
cum Christo aedificatae fuerint maceriae hieru
salem. scripturas sanctas legentis et prophetarum quae
nunc tenentur a nobis tolli de manibus nostris. et tradi
populo iudaeorum. Nam quod dicitur iuxta LXX dies
litura lateris dilectio tua non ad hierusalem
ut iuxta hebraicum expositum. sed adhuc ad babi
lonem dici intellegeram. quod et ipsa delenda sit.
et in morem lateris conculcanda. et repellit
legitima dies illa legitima dei. sed a legitima
quae aduersum legem dei legem dei. O babilonius
seras obserari. et ciuitates tuae uenient in con
clusionem. siue in diuisionem. assiriis te inpugnan
tibus; siquidem babilon chaldeorum fuit ciuitas non
assiriorum; Et urbes tuae munitae erunt in diuisione
hostilis exercitus. ab assirio usque ad flumen tigris
qua circumieris. et a mari magno usque ad mare rubrum
quod ex litterae per gentibus; in diam tangit regiones suas;
et de monte ad montibus; scilicet iudaeae usque ad
montes mediae atque persarum tota mesopotamia
et uniuersa regio quae nunc a tenet in medio
aduersariorum imperio subiugabitur. et erit terra
in desolatione. propter pessimos fructus studiorum uirorum;
Ubi LXX interpretati sunt. de assirio. sciendum in hebraico
scriptum esse. Masor; quod uerbum si in propositione
meam et nomen sanctorum diuidatur. de assirio intellegitur.
sin autem unus sermo sit. munitionem sonat.
Denique omnes ΠΕΡΙΟΚΗΝ et ΠΕΡΙ Φ ΡΑΓΑ et ΠΟΙΑΟ
ΡΙΑΝ. non de assirio. ut LXX. sed de munitione
et ambitum muratae urbis transtulerunt; hoc iuxta
hebraicam et uota carnei israel. et populi circum

cisionis quasi ex superfluo otiosus sermo
praeluserit; Nunc ueniamus ad intellegentiam
spiritalem. et in ipsis spiritu exponente quo
scriptas in locis. uel difficillimus de sudet.
Videtur mihi omnis anima hierusalem in qua
aedificatum fuerit templum domini et uisio pacis
et notitia scripturarum et postea superata peccatis
ducta est in captiuitatem. tormentisque tradita
dicere contra babilonem. id est confusionem huius
mundi. et aduersarias contrarias fortitudines
quae huic mundo praesidet. Noli insultare
mihi inimica mea quia cecidi et resurgam
dominus enim alleuat elisos. et loquitur per prophetam;
Numquid qui cadit non resurget. et nolo mortem
peccatoris. tantum ut reuertatur et uiuat; Sicut
ideo me desperas quia tormenta sustineo.
disce ab hiezechiel propheta non primum sanctio
ribus in rogari et dicta a domino. a sanctis meis incipe;
Quia si ambulauero in tenebris dominus lux
mea est; licet enim. rectores tenebrarum istarum
me deceperint et sedeam in tenebris et umbra
mortis. et pedes mei inpigerint in montes
tenebrosas. Tamen sedentibus in tenebris et
umbra mortis lux orta est. et lux lucet in te
nebris. et dominus inluminatio mea et salus
mea quem timebo. et loquar ad eum. lu
cerna pedibus meis uerbum tuum domine. et lumen
semitis meis; Ipse quippe mihi praecepit
in tenebris huius saeculi constituto. sint lumbi
uestri accincti. et lucernae ardentes in manibus
uestris. Sequitur; Iram domini sustinebo. quo peccaui ei.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0325